

De genere *Pseudochrysis* m.

Scriptit

Andreas Semenow.

Nobis autem semper visum est, non alias in libro quam in natura adhibendas esse distinctiones.

Dahlbom. Hymen. Eur. II. 1854. Praefatio, p. XIV.

Nonnullae *Chrysididarum* species *Chr. Humboldti* Dhlb. nec non *neglectae* Shuck. affines ab omnibus auctoribus, etiam recentioribus, generi *Chrysis* (L.) injuste adscribebantur. Quae enim species nonnullis characteribus magni momenti magnaeque constantiae et imprimis structura partium oris a ceteris congeneribus longe discrepant et cum illis *Chrysididis*, quae genera antiqua: *Spintharis* (non Klg.) Dhlb.¹⁾, *Brugmoja* Radoszk.²⁾, *Euchroeus* Latr.³⁾ et *Spinolia* Dhlb.⁴⁾ formabant, multum praebent affinitatis. Cum autem characteres essentielles harum

¹⁾ Dahlbom. Hymen. Eur. II, 1854, p. 350. — Mocsáry. Monogr. Chrysidid. 1889, p. 176.

²⁾ Radoszkowsky. Путеш. въ Туркест. Федченко. II. 5. Hymen. Chrysidif., 1877, p. 26. — Mocsáry. Monogr. Chrysidid. 1889, pp. 33 et 602 (animadv.).

³⁾ Dahlbom. Hymen. Eur. II, 1854, p. 365. — Mocsáry. Monogr. Chrysidid. 1889, pp. 33 et 595 (subgenus generis *Chrysis*).

⁴⁾ Dahlbom. Hymen. Eur. II, 1854, p. 363. — Mocsáry. Monogr. Chrysidid. 1889, pp. 33 et 603 (subgenus generis *Chrysis*).

omnium divisionum inter se proxime affinium solummodo in structura marginis apicalis abdominis contineantur, nulla earum ad gradum generis evehi potest.

Quae cum ita sint, genus novum, in quo hae omnes congregationes specierum una cum *Chrysidibus Humboldti* Dhlb., *neglecta* Shuck. et affinibus jungantur, instituendum esse censeo ⁵⁾. De hoc genere, cui nomen *Pseudochrysidis* attribui, jam pridem ⁶⁾ locutus sum ibique ejus characteres essentielles breviter indicavi. Nunc vero ejus descriptionem magis disertam afferre speciesque omnes id genus formantes enumerare consilium cepi.

Genus *Pseudochrysis* m., etsi cum speciebus generis *Chrysis*

⁵⁾ Primus, qui genus *Chrysis* secundum structuram partium oris dividere tentavit, fuit cl. Klug (Symb. phys. 1845. Decas V. *Chrysis*); hic enim auctor species *Chrysididarum genuinarum* in opere ejus citato enumeratas ita disposuit:

- a. Mandibulae apice acuminatae, simplices; labium breve conicum (*Chrysis*).
- b. Mandibulae ante apicem unidentatae; maxillae elongatae; labium elongatum, bifidum (Tab. XLV. Fig. a. b. *Spintharis* Kl.)».

Ad sectionem primam (a) relatae sunt species sequentes: *Chrysis nobilis* [= *Chr. (Hexachr.) stilboides* Spin. teste Mocsáry], *Chrysis chlorospila* [= *Chr. (Tetrachrysis) chlorospila* Klg. sec. Mocsáry], *Chrysis coelestina* [= *Chr. (Tetrachr.) coelestina* Klg. sec. Mocsáry], i. e. species, quae etiam re vera ad genus *Chrysis* (sensu recentiore) pertinent.

Ad sectionem vero secundam (b, seu subgenus *Spintharis* Klg. nec Dahlb.) relatae sunt a cl. Klug species sequentes: *Chrysis xanthocera* [= *Chr. (Tetrachr.) xanthocera* Klg. sec. Mocsáry], *Chrysis maculicornis* [= *Chr. (Tetrachr.) maculicornis* Klg. sec. Mocsáry], *Chrysis humeralis* [= *Chr. (Tetrachr.) humeralis* Klg. sec. Mocsáry], *Chrysis refulgens* [*Chr. (Tetrachr.) Pharaonum* Mocs. sec. Mocsáry], *Chrysis frontalis* [= *Chr. (Tetrachr.) frontalis* Klg. sec. Mocsáry], *Chrysis fasciolata* [= *Chr. (Tetrachr.) fasciolata* Klg. sec. Mocsáry], *Chrysis prasina* [= *Chr. (Dichr.) prasina* Klg. sec. Mocsáry], *Chrysis viridissima* [= *Chr. (Tetrachr.) viridissima* Klg. sec. Mocsáry], *Chrysis pumila* [= *Chrysogona pumila* Klg. sec. Mocsáry] et *Chrysis integerrima* [= *Chrysis (Gonochrysis) integerrima* Klg. sec. Mocsáry].

Itaque ad sectionem ejus b (= subgen. *Spintharis* Klg. nec Dahlb.) retulit clarissimus ille Klug 9 species ad genus *Chrysis* (sensu recentiore) pertinentes nec non 1 speciem ad genus *Chrysogona* Först. nunc pertinentem. Ergo subgenus *Spintharis* Klugi quam maxime contortum est nulloque modo accipiendum. Jam cel. Dahlbom eodem nomine usus, hoc in sensu omnino diverso adhibuit, nam generi novo, quod sectioni b Klugi omnino alienum est, nomen *Spintharis* attribuit.

⁶⁾ A. Semenow. Horae Soc. Ent. Ross. XXV, 1891, p. 444.

(L.) multum habet similitudinis exterioris ⁷⁾, nihilo minus ab hoc valde discrepat et ad genus *Hedychrum* Latr. Mocs. ⁸⁾ transitum facit. Genus autem *Chrysis* (L.) (sensu meo) potius ad *Holopygam* Dhlb. transitionem ostendere videtur.

Facilioris conspectus causa signa diagnostica omnium generum tribus *Chrysididarum* (*genuinarum*) in tabula dichotomica ita dispono:

Labium et maxillae normalia, i. e. plus minusve brevia, aut omnino retracta aut breviter exserta, longitudinem capitis thoracisque simul sump-torum nunquam superantia. Abdomen in utroque sexu e 3 segmentis desuper visibilibus compositum. Antennae, pedes et calcaria normalia. Ungui-culi tarsorum interne integri sive inermes. Abdominis segmentum dorsale 3-um (ultimum) saepissime serie foveolarum ante-apicali instructum. Alae anticae venis cellulam discoidalem terminantibus saepissime firmis.

Tribus **Chrysididae** m.

- 1 (4). Ligula leviter exserta, plus minusve prominula, in quiete semper visibilis. Alae anticae cellula radiali semper incompleta, apice plus minusve late aperta; vena postcostali a costali semper distincte separata vel remota. Abdominis segmentum 3-um (ultimum) saepius supra seriem ante-apicalem plus minusve incrassatum.
- 2 (3). Postscutellum liberum, i. e. sub scutello nulla parte absconditum. Caput interdum leviter porrectum, sed non rostratum, fronte normali, i. e. plus minusve lata. Abdomen subparallelum vel breviter ovale.

Subtribus **Pseudochrysididae** m.

Genus unicum.....G. **Pseudochrysis** m.

- 3 (2). Postscutelli tota pars basalis sub scutello abscondita et solum pars apicalis ad instar mucronis validi exarati prominens. Caput rostratum, cavitatibus duabus (faciali et verticina) instructum, fronte valde

⁷⁾ Quapropter non solum *Chrysides Humboldti* Dhlb., neglecta Shuck. et affines ad genus *Chrysis* (L.) ab omnibus auctoribus referebantur, sed etiam genera antiqua *Euchroeus* Latr. Dhlb. et *Spinolia* Dhlb. tempore recentiore a cl. Mocsáry (Monogr. Chrysidid. 1889, pp. 595 et 603) ad gradum subgenerum reducta generi *Chrysis* (L.) adscripta sunt.

⁸⁾ In speciebus enim generis *Hedychrum* ligula exserta est, in genere autem *Holopyga* — retracta; qui tamen character in tribu *Hedychridarum* minorem constantiam praebet (nam in genere *Hedychridium* Ab. ligula modo exserta modo retracta observatur) ideoque minus aptus est ad distinguenda genera.

angusta. Abdominis ovato-semiconici segmentum dorsale 3-um (ultimum) supra seriem ante-apicalem profunde immersam maxime calloso-incrassatum, margine apicali acute 4-dentato. Magnitudo maxima.

Subtribus **Stilbidae** m.

Genus unicum. G. **Stilbum** Spin.

4 (1). Ligula retracta, haud prominula, in quiete invisibilis. Alae anticae cellula radiali lanceolata, saepissime subcompleta, apice plus minusve occlusa; vena postcostali a costali haud vel vix remota indistincteque separata.

Subtribus **Chrysididae** m.

5 (6). Alae anticae cellula discoidali completa G. **Chrysis** (L.) m.

6 (5). Alae anticae cellula discoidali incompleta, venula transverso-discoidali prima deficiente. Corpus angustum, gracile . . G. **Chrysogona** Först.

Genus **Pseudochrysis** m.

A. Semenow. Horae Soc. Ent. Ross. XXV, 1891, p. 444.

Diagn. *Ligula leviter exserta, plus minusve prominula. Alae anticae cellula radiali semper incompleta, apice plus minusve late aperta. Abdominis segmentum 3^{um} (ultimum) saepius supra seriem ante-apicalem plus minusve incrassatum.*

Antennae normales. — Caput sat latum, latitudinem pronoti saepissime superans; clypeo plus minusve elongato vel leviter porrecto; genis longis vel mediocribus, rarius brevibus; facie saepius subangusta; cavitate faciali saepissime bene determinata, plus minusve elongata, sat profunda (excepto subgenere *Achrysis*). — Ligula semper exserta distincteque plus minusve prominula, modo subconica, modo bifida. Maxillarum processus plus minusve elongati. — Thorax confertim punctatus, punctura saepius duplici. Pronotum mesonoto brevius. Postscutellum liberum, nunquam mucronatum. Metathoracis anguli postico-laterales validiusculi, plus minusve lati, nunquam valde acuti, retrorsum incurvi. Mesopleurae apice modo obtusae seu inermes, modo angulatae vel mucronatae, modo bi- vel pluridentatae. — Alae

anteriores cellula radiali haud nimis angusta semper incompleta, apice plus minusve late aperta; vena postcostali a costali semper omnino separata distincteque remota; cellula discoidali semper completa venisque firmis terminata. — Abdomen nunquam nimis elongatum, latiusculum, subparallelum vel breviter ovale, interdum subquadratum, in sexu utroque e 3 segmentis desuper visibilibus compositum, crebre punctatum vel confertim punctulatum ideoque parum nitidum, saepius etiam subopacum vel opacum; segmento dorsali 3° (ultimo) saepius brevi, supra seriem ante-apicalem plerumque fortiter incrassato sive transversim calloso; serie punctorum vel foveolarum ante-apicali nunquam omnino evanescente; margine apicali modo integro crustaceoque (sg. *Pseudochrysis* in sp.), modo integro sed plus minusve pellucido, membranaceo vel subcoriaceo, i. e. aliter constructo quam ipsum segmentum (sg. *Spintharina*), modo irregulariter pluridentato, serrato, serrato-lacerato aut crenato (sg. *Euchroeus* et *Spinolia*), modo pellucido (submembranaceo aut subcoriaceo) et plurispinoso (sg. *Brugmoja*) vel in centro emarginato rariusque acute 4-dentato (sg. *Spintharis*), modo crustaceo integroque sed utrinque sub initio seriei ante-apicalis obtuse vel subacute angulato (sg. *Achrysis*). — Pedes normales. — Unguiculi tarsorum integri.

Corpus saepissime mediocre vel submagnum, statura validiuscula, forma plerumque breviuscula, subparallela vel subovali, haud vel parum angustata.

Differentia sexualis eadem ac in genere *Chrysis* (L.).

Species typicae: *Pseudochrysis Humboldti* Dhlb., *Pseudochrysis neglecta* Shuck.

Hoc genere ita determinato, id a g. *Chrysis* (L.) inter alia imprimis ligula exserta et prominula (in quiete semper facillime visibili), alarum anticarum cellula radiali semper incompleta, apice aperta, denique vena postcostali a costali leviter amota jam facile distinguendum est.

Cum *Pseudochrysid*es satis polymorphae sint, genus meum novum in subgenera ita dividendum propono:

Tabula differentialis subgenerum generis *Pseudochrysis* m.

- a (f). Abdominis segmentum dorsale 3^{um} (ultimum) margine apicali prominulo, submembranaceo aut subcoriaceo, aliter composito quam ipsum segmentum.
- b (e). Abdominis segmentum dorsale 3^{um} (ultimum) margine apicali toto plus minusve pellucido, submembranaceo vel subcoriaceo, aut arcuato-integro aut in centro emarginato vel acute 4-dentato, interdum praeterea obsolete denticulato.
- c (d). Abdominis segmentum dorsale 3^{um} (ultimum) margine apicali arcuato-integro vel microscopice denticulato, nec medio emarginato nec distincte dentato. [Typus: *Ps. vagans* Radoszk.].

Subgen. **Spintharina** m.

- d (c). Abdominis segmentum dorsale 3^{um} (ultimum) margine apicali in centro emarginato, nonnunquam acute 4-dentato saepiusque praeterea indeterminate denticulato. Mesopleurae dentibus 2 apice armatae. [Typus: *Ps. virgo* m.].

Subgen. **Spintharis** (non Klg.) Dhlb.

- e (b). Abdominis segmentum dorsale 3^{um} (ultimum) margine apicali crustaceo spinis plurimis (circiter 10) elongatis acutisque membranaceo-pellucidis armato. Mesopleurae apice dentibus 2 armatae. [Typus: *Ps. pellucida* Radoszk.].

Subgen. **Brugmoja** Radoszk.

- f (a). Abdominis segmentum dorsale 3^{um} (ultimum) margine apicali normali, i. e. crustaceo, haud aliter composito quam ipsum segmentum.
- g (j). Abdominis segmentum dorsale 3^{um} (ultimum) margine apicali plus minusve pluridentato, serrato aut crenato.
- h (i). Abdominis segmentum dorsale 3^{um} (ultimum) margine api-

cali denticulis conspicuis irregularibus lacerato-serrato. Mesopleurae apice bidentatae. [Typus: *Ps. purpurata* F.].

Subgen. **Euchroeus** Latr. Dh1b.

- i (h). Abdominis segmentum dorsale 3^{um} (ultimum) margine apicali denticulis numerosissimis minutis submicroscopicis subtiliter serrulato, lateribus acute vel subacute angulato. Mesopleurae saepius inermes, interdum unidentatae. [Typus: *Ps. lamprosoma* Först.].

Subgen. **Spinolia** Dh1b.

- j (g). Abdominis segmentum dorsale 3^{um} (ultimum) margine apicali integro. Mesopleurae apice inermes.

- k (l). Abdominis segmentum dorsale 3^{um} (ultimum) supra seriem ante-apicalem semper optime determinatam et saepius profunde immersam plus minusve incrassatum, margine apicali omnino integro. Cavitas facialis plus minusve profunda, a fronte semper distincte separata. [Typus: *Ps. Humboldti* Dh1b.].

Subgen. **Pseudochrysis** m.

- l (k). Abdominis segmentum dorsale 3^{um} (ultimum) supra seriem ante-apicalem parum determinatam nec profunde immersam haud incrassatum, margine apicali utrinque sub initio seriei distincte angulato. Cavitas facialis haud profunda, vix indicata nec a fronte distincte separata; frons et facies latae. Sculptura corporis subtilis. [Typus: *Ps. unicolor* Dh1b.].
Transitus ad g. *Hedychrum*.

Subgen. **Achrysis** m.

Enumeratio specierum generis **Pseudochrysis** m. ⁹⁾

Sg. I. **Spintharina** m.

1. *Ps. pallipes* Tourn. (Ann. Soc. Ent. Belg. XXII, 1879, p.

⁹⁾ Facillime fieri potest, ut in enumeratione praesenti aliquot species ad genus *Pseudochrysis* referendae a me omissae sint, nam major pars earum mihi in natura ignota mansit. Descriptiones autem nonnullorum auctorum nimis incompletae sunt, ut de speciebus descriptis claram notionem habeas: veluti descriptio

- 99: sub: *Spintharis*. — Mocsáry. Monogr. Chrysidid. 1889, p. 177: sub: *Spintharis*).
2. *Ps. vagans* Radoszk. (Путеш. въ Туркест. Федченко. II. 5. Hymen. Chrysidif., 1877, p. 11; tab. I, f. 3: sub: *Chrysis*. — Mocsáry. Monogr. Chrysidid. 1889, p. 178: sub: *Spintharis*).
3. *Ps. Mocsárii* Radoszk. (Horae Soc. Ent. Ross. XXIV, 1889, p. 508: sub: *Spintharis*).

Sg. II. **Spintharis** Dhlb.

4. *Ps. singularis* Spin. (Ann. Soc. Ent. Fr. 1838, p. 452: sub: *Chrysis*. — Dahlbom. Hymen. Eur. II, 1854, p. 353: sub: *Spintharis*. — Mocsáry. Monogr. Chrysidid. 1889, p. 180: sub: *Spintharis*).
5. *Ps. virgo* A. Sem. (Horae Soc. Ent. Ross. XXV, 1891, p. 441).
6. *Ps. chrysonota* Dhlb. (Hymen. Eur. II, 1854, p. 351: sub: *Spintharis*. — Mocsáry. Monogr. Chrysidid. 1889, p. 178: sub: *Spintharis*).
7. *Ps. destituta* Dhlb. (Hymen. Eur. II, 1854, p. 352: sub: *Spintharis*. — Mocsáry. Monogr. Chrysidid. 1889, p. 180: sub: *Spintharis*).
8. *Ps. deaurata* Mocs. (Monogr. Chrysidid. 1889, p. 179: sub: *Spintharis*).
9. *Ps. trochilus* Buyss. (Revue d'Entom. X, 1891, p. 32: sub: *Chrysis*, sg. *Spintharis*).
10. *Ps. limbata* Dhlb. Hymen. Eur. II, 1854, p. 368; sub: *Euchroeus*. — Eversmann. Bull. Soc. Nat. Mosc. 1857. II, p. 565: sub: *Euchroeus*. — Radoszkowsky. Horae Soc. Ent.

et imago pessima *Polyodonti Schtschurowskii* Radoszk. (Путеш. въ Туркест. Федченко. II. 5. Hymen. Chrysidif., 1877, p. 25; tab. III, f. 5); nempe nescio, ad quid genus sit referenda haec species, tamen eam ad genus *Chrysis* (sensu meo) pertinere praesumo.

Ross. III, 1866, tab. VI, f. 36: sub: *Euchroeus*. — Radoszkowsky. Ibidem. XXIII, 1888, p. 35: sub: *Euchroeus*. — Mocsáry. Monogr. Chrysidid. 1889, p. 595: sub: *Chrysis*, sg. *Euchroeus*). = *Euchroeus Beckeri* Tourn. (Mittheil. Schweiz. Ent. Ges. V, 1880, p. 309).

Sg. III. **Brugmoja** Radoszk.

11. *Ps. pellucida* Radoszk. (Путеш. въ Туркест. Федченко. II. 5. Hymen. Chrysidif., 1877, p. 26; tab. II, f. 12: sub: *Brugmoja*. — Mocsáry. Monogr. Chrysidid. 1889, p. 602: sub: *Chrysis*, sg. *Euchroeus*).
12. *Ps. pallispinosa* Walk. (List of Hymen. coll. by Lord in Egypt. 1871, p. 6: sub: *Euchroeus*. — Mocsáry. Monogr. Chrysidid. 1889, p. 603: sub: *Chrysis*, sg. *Euchroeus*).

Sg. IV. **Euchroeus** Latr. Dhlb.

13. *Ps. purpurata* F. (Mant. Ins. 1787, p. 283: sub: *Chrysis*. — Quod attinet ad synonymiam litteraturamque hujus speciei, cf. Mocsáry. Monogr. Chrysidid. 1889, p. 596: sub: *Chrysis*, sg. *Euchroeus*). = *Chrysis variegata* Oliv. (Encycl. Méthod. Ins. V, 1790, p. 677). = *Euchroeus sexdentatus* (Latr.) Dhlb. (Hymen. Eur. II, 1854, p. 375). = *Euchroeus quadratus* Shuck. (Ent. Mag. IV, 1837, p. 169. — Dahlbom. Hymen. Eur. II, 1854, p. 373). = *Euchroeus Doursi* Grib. (Pet. Nouv. Entom. 1875, p. 491). = *Euchroeus purpureus* (Latr.) Ab. (Ann. Soc. Ent. Lyon. XXVI, 1879, p. 94).
14. *Ps. egregia* Buyss. (Revue d'Entom. VI, 1887, p. 198: sub: *Euchroeus*. — Mocsáry. Monogr. Chrysidid. 1889, p. 599: sub: *Chrysis*, sg. *Euchroeus*).
15. *Ps. amabilis* Mocs. (Horae Soc. Ent. Ross. XXIII, 1888, p. 36: sub: *Euchroeus*. — Monogr. Chrysidid. 1889, p. 599: sub: *Chrysis*, sg. *Euchroeus*).
16. *Ps. candens* Dhlb. (Hymen. Eur. II, 1854, p. 371: sub:

Euchroeus). = *Euchroeus coerulans* Dhlb. (L. c., p. 372). = *Chrysis* (*Euchroeus*) *torrida* Mocs. (Monogr. Chrysidid. 1889, p. 600).

17. *Ps. festiva* F. (Ent. Syst. II, 1793, p. 239: sub: *Chrysis*. — Mocsáry. Monogr. Chrysid. 1889, p. 603: sub: *Chrysis*, sg. *Euchroeus*).

Sg. V. **Spinolia** Dhlb.

18. *Ps. Rogenhoferi* Mocs. (Monogr. Chrysidid. 1889, p. 604: sub: *Chrysis*, sg. *Spinolia*).
19. *Ps. insignis* Luc. (Explor. Algér. Zool. III, 1849, p. 307; tab. XVII, f. 2: sub: *Chrysis*. — Abeille. Ann. Soc. Linn. Lyon. XXVI, 1879, pp. 76 & 87; tab. II, f. 50: sub: *Chrysis*. — Mocsáry. Monogr. Chrysidid. 1889, p. 605: sub: *Chrysis*, sg. *Spinolia*).
20. *Ps. lamprosoma* Först. (Verh. Nat. Ver. Preuss. Rheinl. X, 1853, p. 311: sub: *Chrysis*. — Mocsáry. Monogr. Chrysidid. 1889, p. 606: sub: *Chrysis*, sg. *Spinolia*). = *Spinolia magnifica* Dhlb. (Hymen. Eur. II, 1854, p. 363). = *Chrysis segusiana* Gir. (Verh. Zool.-Bot. Ges. Wien. XIII, 1863, p. 23). = *Chrysis sulcata* (non Dhlb.) Radoszk. (Horae Soc. Ent. Ross. III, 1866, p. 302; tab. III, f. 11). = *Chrysis pulchra* Radoszk. (Horae Soc. Ent. Ross. XV, 1879, p. 143).
21. *Ps. Morawitzi* Mocs. (Monogr. Chrysidid. 1889, p. 607: sub: *Chrysis*, sg. *Spinolia*).

Sg. VI. **Pseudochrysis** m.

22. *Ps. Humboldti* Dhlb. (Dispos. 1845, p. 6: sub: *Chrysura*. — Hymen. Eur. II, 1854, p. 110; tab. V, f. 85: sub: *Chrysis*. — Quod attinet ad synonymiam litteraturamque hujus speciei, cf. Mocsáry. Monogr. Chrysidid. 1889, p. 222: sub: *Chrysis*, sg. *Holochrysis*). = *Chrysis cyanura* Dhlb.

- (Hymen. Eur. II, 1854, p. 109). = *Chrysis Fedtschenkoi* Radoszk. (Путеш. въ Туркест. Федченко. II. 5. Hymen. Chrysidif., 1877, p. 12; tab. I, f. 5).
- Var. *minor* Mocs. (Monogr. Chrysidid. 1889, p. 223).
- Var. *minuta* Mocs. (Ibid., p. 224).
23. *Ps. incrassata* Spin. (Ann. Soc. Ent. Fr. 1838, p. 454: sub: *Chrysis*. — Quod attinet ad synonymiam litteraturamque hujus speciei, cf. Mocsáry. Monogr. Chrysidid. 1889, p. 224: sub: *Chrysis*, sg. *Helochrysis*). = *Chrysis cyanura* (nec Dhlb. nec Först.) Eversm. (Bull. Soc. Nat. Mosc. 1857. II, p. 554. — Radoszkowsky. Horae Soc. Ent. Ross. III, 1866, p. 304; tab. III, f. 16).
24. *Ps. gratiosa* Mocs. (Monogr. Chrysidid. 1889, p. 225: sub: *Chrysis*, sg. *Holochrysis*).
25. *Ps. coeruleiventris* Ab. (Diagn. Chrysid. nouv. 1878, p. 5: sub: *Chrysis*. — Ann. Soc. Linn. Lyon. XXVI, 1879, p. 79: sub: *Chrysis*. — Gogorza. Ann. Soc. Españ. Hist. Nat. XVI, 1887, p. 81: sub: *Chrysis*. — Buysson. Revue d'Entom. VII, 1888, p. 11: sub: *Chrysis*. — Mocsáry. Monogr. Chrysidid. 1889, p. 218: sub: *Chrysis*, sg. *Holochrysis*).
26. *Ps. transversa* Dhlb. (Hymen. Eur. II, 1854, p. 113: sub: *Chrysis*. — Mocsáry. Monogr. Chrysidid. 1889, p. 248: sub: *Chrysis*, sg. *Holochrysis*).
27. *Ps. Kohli* Mocs. (Monogr. Chrysidid. 1889, p. 275: sub: *Chrysis*, sg. *Holochrysis*).
28. *Ps. Marqueti* Buyss. (Revue d'Entom VI, 1887, p. 180: sub: *Chrysis*).
29. *Ps. aureicollis* Ab. (Diagn. Chrysid. nouv. 1878, p. 5: sub: *Chrysis*. — Ann. Soc. Linn. Lyon. XXVI, 1879, pp. 75 et 82: sub: *Chrysis*. — Mocsáry. Monogr. Chrysidid. 1889, p. 264: sub: *Chrysis*, sg. *Holochrysis*).
30. *Ps. uniformis* Dhlb. (Hymen. Eur. II, 1854, p. 149; tab. VI, f. 88: sub: *Chrysis*. — Quod attinet ad synonymiam lit-

- teraturamque hujus speciei, cf. Mocsáry. Monogr. Chrysidid. 1889, p. 265: sub: *Chrysis*, sg. *Holochrysis*).
31. *Ps. Durnovi* Radoszk. (Horae Soc. Ent. Ross. III, 1866, p. 303; tab. III, f. 14: sub: *Chrysis*. — Mocsáry. Monogr. Chrysidid. 1889, p. 285: sub: *Chrysis*, sg. *Holochrysis*).
32. *Ps. neglecta* Shuck. (Ent. Mag. IV, 1837, p. 169: sub: *Chrysis*. — Quod attinet ad synonymiam litteraturamque hujus speciei, cf. Mocsáry. Monogr. Chrysidid. 1889, p. 255: sub: *Chrysis*, sg. *Holochrysis*). = *Chrysis austriaca* (non F.) Dhlb. (Monogr. Chrys. Suec. 1829, p. 14). = *Chrysis integrella* Dhlb. (Hymen. Eur. II, 1854, p. 133). = *Chrysis thuringiaca* Schmiedekn. (Ent. Nachr. VI, 1880, p. 193).

Sg. VII. **Achrysis** m.

33. *Ps. unicolor* Dhlb. (Exercit. Hymen. 1831, p. 32: sub: *Chrysis*. — Hymen. Eur. II, 1854, p. 177; tab. IX, f. 100: sub: *Chrysis*. — Quod attinet ad synonymiam litteraturamque hujus speciei, cf. Mocsáry. Monogr. Chrysidid. 1889, p. 287: sub: *Chrysis*, sg. *Gonochrysis*). = *Chrysis albipennis* Dhlb. (Hymen. Eur. II, 1854, p. 175; tab. VIII, f. 99). = *Chrysis lazulina* Först. (Verh. Nat. Ver. Preuss. Rheinl. X, 1853, p. 315).

Junio m. 1892.

